

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Santos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 11. Tenemur-ne sub pœna peccati stare promissis in baptismo factis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

## 94 TRACTATUS II.

Can. Primum. dicitur in Canone, si abrenuntiat diabolo &  
De Consecr. omnibus damnosis operibus ejus; atque falla-  
dist. 4. cibus pompis: ut primum respuat errorem, &  
sic appropinquet ad veritatem, possitque, jux-  
ta Apostolum, deponere veterem hominem se-  
cundum ptistinam conversationem, qui cor-  
rumpitur secundum desideria erroris, abne-  
gans impietatem & secularia desideria. Nam  
ut ait Divus Augustinus relatus in Canone.

Can. Tres sunt Omnis qui jam arbiter voluntatis sua consti-  
De Pœnit. tutus est, cum accedit ad Sacra mentia fide-  
dist. 1. lium, nisi eum pœnitentia vita veteris, novam  
non potest inchoare.

Quest. 10. Quid significant pompa dia-  
boli, quibus renuntiare tenetur baptizandus?

Concil. Parisi. Resp. Pompa diaboli, ut ait Concilium Pa-  
risiense, lib. I. cap. 6. hac est, qua pompa mundi, id est,  
10. ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisque  
cujuslibet rei superfluitas in humanis usibus:  
unde plerumque crescit elatio, qua multoties  
honestati solet adscribi. Ita ut omnes Christia-  
ni virtute promissi in Baptismo facti teneantur  
tantum necessaria sumere, in usu rerum crea-  
tarum, superflua quæque respuendo, quæ  
avaritia, superbia & sensualitas introduxe-  
runt, ut facile dignosci potest in hominibus  
mundanis in illorum vestitu, in mensarum, &  
cubiculorum apparatu, reliquisque mundano-  
rum hominum ludicris rebus ad voluptatem  
pertinentibus: in quibus, non sine dedecore  
nominis Christiani, naturæ corruptæ ostenta-  
tur concupiscentia, & hæc sunt pompa satanæ  
quibus non minus quam ipsi satanæ in Baptis-  
mo renuntiavimus.

Quest. 11. Tenemur ne sub poena peccati  
stare promissis factis in Baptismo?

Resp. Strictissimè tenemur, ut enim ait san-  
ctus Ephrem Syrus Edessæ Diaconus: Abre-

De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 95

nuntiatio , quām in Baptismo fecimus , nomi- S. Ephrem ,  
nata quidem apparet parva ; ceterū intel- qui floruit.  
lecta admodū magna : quam qui servare 4. sāculo an-  
valuerit , beatissimus erit. Paucis namque no 360. in  
verbis cuncta quae nominantur mala , quaque nuntiatio ,  
odit Deus , valere jubemus & abrenuntia- tract de Abra  
mus. Quibus omnibus & horum similibus  
abrenuntiat Christianus quicumque in abre-  
nuntiatio sancti Baptismatis , quae cuncti  
novimus , opera atque doctrinas esse diabolo-  
rum. Atq[ue] h[oc] cuncta dum in tenebris esse  
mus , sub potestate diaboli , didicimus , prius-  
quam lux affulgeret nobis , essemusque adhuc  
sub peccato venundati. Quando autem benig-  
nissimo misericordissimoque Domino placuit ,  
nos ex hujuscemodi liberare errore , visitavit  
nos Oriens ex alto ; apparuitque gratia Dei  
Salvatoris , & dedit semetipsum pro nobis  
commutacionem , redemitque nos ab errore  
Idolorum proprio sanguine , & dignatus est  
regenerare nos per aquam & spiritum : hac  
omnia abnegavimus , & veterem hominem  
una cum actionibus suis exuimus , novum ve-  
rō Adam induimus. Praefata igitur hac opera  
mala , qui post gratiam in sacro Baptismate  
acceptant . fecerit , gratiā excidit , Christus-  
que tali in peccatis permanenti nihil proderit.  
Audit[ur] o Christi amatores , quanta malorum  
multitudini abrenuntiavimus paucis verbis :  
atqui h[oc] ipsa abrenuntiatio , & pulchra con-  
fessio , exigetur à quocumque Christiano in  
illa die. Scriptum est enim : quoniam ex ver-  
bis tuis justificaberis , & ex verbis tuis con-  
demnaberis. Iterumque Dominus ait : de ore  
tuo te judico , serve nequam. Perspicuum est  
igitur , Fratres , quia verba nostra vel judi-  
catura sint nos , vel justificatura in hora  
illâ.

## 96 TRACTATUS II.

S. Chrysost.

Homil. 21. ad

populum An-

tiochenum.

Et ut eloquenter ait Divus Chrysostomus,  
*Sicut nos servos ementes, ipsos qui venduntur,*  
*prius interrogamus an nobis servire velint?*  
*ita facit ē̄ Christus, quando debet te in ser-*  
*vitutem capere, prius interrogat an velis*  
*illum crudelē tyrannum dimittere, & im-*  
*mittem, & à te fœdera suscipit: non enim co-*  
*actum est ip̄s⁹ imperium. Sed nisi gratiam*  
*habeas, & à ipso & sponte ejus velis domi-*  
*nati adscribi, non cogo, inquit, neque com-*  
*pello, & nos quidem improbissimos servos non*  
*eligeremus emere. Quòd si quando eligeremus,*  
*voluntate mala emeremus, & tale pretium*  
*erogaremus. Christus autem ingratos emens*  
*servos, & iniquos, optimi servi pretium ero-*  
*gavit: immo verò multò majus, ut neque*  
*ratio, neque mens ip̄s⁹ magnitudinem ca-*  
*piat: non enim cœlum & terram, & mare*  
*dans, sed omnibus his pretiosiorem sanguinem*  
*suum effundens, ita nos redemit: & post hac*  
*omnia non testes à nobis, non Chirographa*  
*exigit, sed sola contentus est voce: & si dicas*  
*ex corde abrenuntio tibi satana, & pompa*  
*tuę, totum recepit. Hoc igitur dicamus, abre-*  
*nuntio tibi satana: tanquam in illa die hu-*  
*ius vocis rationem reddituri, & ipsam custo-*  
*diamus, ut salvum tunc reddamus depo-*  
*situm.*

Et sicut sine calceamentis, vel vestimentis  
*vestrū nemo in forum descendere eligeret; ita*  
*sine verbo hoc nunquam in forum prodeas, sed*  
*cūm es janua vestibula transgressurus, hoc*  
*prius loquere verbum: Abrenuntio tibi sata-*  
*na, & conjungor tibi Christe. Nec unquam*  
*absque hac voce exeras: hac erit tibi baculus,*  
*hic armatura, hic turris inexpugnabilis.*

Quæst. 12. *Quomodo instruendus est po-*  
*pulus à Parocho circa promissiones in Baptis-*  
*mo factas?*

Resp.